

Duximus apponendum. nec non et contradictores et impedientes sepdictum johannem vel alium qui temporis processu ibi celebrauerit super nominato altari et bonis ei assignatis molestauerint in aliquo. quominus omnium ipsorum que dicta vel ordinata sunt valeant possessione seu retencione gaudere pacifica in hiis scriptis. excommunicacionis sentenciam promulgamus Datum Lundis. anno. Domini M CC LXXXVIII sexta feria post octauam pasce.

961.

1288 d. 13 Apr.

Rom.

Påfven NICOLAUS IV:s tillstånd för Cistercienser-Ordens Nunnor i Sigtuna att emottaga och bibehålla fast och lös egendom, hvilken dem såsom verldsliga personer lagligen skulle tillkomma, med undantag blott af förläningar.

A. 3. a. 8. *)

NICOLAUS Episcopus seruus seruorum. dei Dilectis in christo filiabus Priorisse & Conuentu Monasterij de Sictunia per priorissam solite gubernari Cisterciensis ordinis Strengensis dyocesis Saluteri & apostolicam benedictionem Deuocionis vestre precibus inclinati. ut possessiones & alia bona mobilia et immobilia que liberas & absolutas personas monialium vestrarum ad monasterium vestrum mundi vanitate relicta conuolancium. et professionem faciem in eodem iure successionis uel quocumque alio tytulo iuste si remansissent in seculo contigisset. ac ipse transferre in alios libere potuissent feudalibus dumtaxat exceptis. valeatis petere. recipere ac eciam retinere. sine iuris prejudicio alieni auctoritate presencium vobis indulgemus Nulli ergo. &c &c. Datum Rome apud sanctum petrum Jdus Aprilis pontificatus. nostri. Anno. Primo.

962.

1288. d. 21 Maj.

Rom.

Påfve NICOLAUS IV:s Bulla angående Konung MAGNUS I:s giftermål.

Bullia

anno. 1288.

F. 1. 326. An. 1. Ep. 65.

Nicolaus IV. dispensationem indulget Magno Svetie Regi ab impedimento publice honestatis pro matrimonio contracto cum Helvigiæ, ac prolem enatam legitimam decernit.

Nicolaus & Carissimo in Christo filio Magno Regi Svetie Illustri Salutem &c.

*) Ester en odaterad, af Borgmästare och Råd i Strengnäs bestyrkt afskrift.

Ob tuorum carissime in Christo fili Rex excellentiam meritorum, quibus Regalis sublimitas noscitur insignita libenter illa tibi concedimus, per que Status Regius submotis quibuslibet, que possunt dissensionum afferre materiam tranquille pacis munimine fulciatur. Sane lecta coram Nobis tua petitio continebat, quod dudum inter te, et clare mem. Ericum Regem Datie dissensionis materia suscitata, tu intellecto, quod dictus Rex Nobilem virum Gerardum Comitem Holdsacie potentem quidem viribus, et eidem Regi vicinum adversus te adiutorem habere precipuum nitebatur ad dispendium, quod exinde tibi et Regno tuo provenire poterat evitandum nobilem mulierem, Heluigim predicti Comitis filiam tibi per verba de presenti matrimonialiter copulasti, et carnali copula subsecuta prolem ex ipso matrimonio procreasti. Verum quia sicut asséritur tu Rex ante contractum dicti matrimonii cum nobili mulieri Sophia predicte Heluigi quarto gradu consanguinitatis coniuncta per verba de futuro sponsalia contraxisti, et quandam aliam eodem consanguinitatis gradu prefate Heluigi attinentem carnaliter, ut asseris cognovisti, quod dicta Heluigi tempore contracti dicti matrimonii penitus ignorabat, et adhuc, prout fertur ab aliis ignoratur nobis humiliter supplicasti, ut cum ex separatione prefati matrimonii, si eam contingenter fieri gravia possent scandala suboriri, ex quibus strages hominum Perturbatio principum, ac totius Regni Svetie universale dispendium aliaque pericula imminherent, providere tibi, et predicte Heluigi Vxori tue in hac parte de dispensationis beneficio dignaremur. Nos itaque volentes vestre super hoc providere saluti, ac huiusmodi scandalis, et periculis paterna diligentia obviare, vobiscum auctoritate apostolica dispensamus, ut impedimento publice honestatis iustitie, et affinitatis huiusmodi. quod ex hiis, que superius dicta sunt provenit non obstante possitis in eodem matrimonio licite permanere prolem vestram susceptam, et suscipiendam legitimam decernentes. Nulli ergo &c hanc paginam nostre dispensationis et constitutionis infringere &c Si quis autem &c. Dat. Reate XII kal. Junij Anno Primo.

963.

1288 d. 3 Juni.

Arnö.

Utvalde Ärke-Biskopen i Upsala MAGNUS Bossons afslatsbref för dem, som besöka Sigtuna kloster, och stadfästelse på hvad lydbiskoparne gifvit.

A. 3. c. 13.

MAGNUS dei gracia vpsalensis ecclesie electus consecratus, Dilectis in christo filijs . . priori & et fratribus ordinis predictorum in conuentu siktionien-